UNIVERSAL LIBRARY
OU_220023
UNIVERSAL LIBRARY

BROWN
BOOK ONLY

OSMANIA UNIVERSITY LIBRARY

Call No. 892.7 | R71L Accession No. 12115

Author Roedigero, aemilio

Title Locmani fabulae. 1839

This book should be returned on or before the date last marked below.

LOCMANI FABULAE

QUAE CIRCUMFERUNTUR

ANNOTATIONIBUS CRITICIS

ET

GLOSSARIO

EXPLANATAE

AB

AEMILIO ROEDIGERO

PHIL. DOCT. LINGUAR. ORIENT. PROF. P. O. THEOL. LIC.
SOCIETATIS ASIATICAE PARISIENSIS SOCIO.

EDITIO ALTERA AUCTA ET EMENDATA.

HALIS SAXONUM

APUD SCHWETSCHKIOS PATREM ET FIL.

MDCCCXXXIX.

PRAEFATIO

EDITIONIS PRIMAE.

Solent, qui his temporibus arabica edunt, in eo quam maxime elaborare, ut inedita faciant publici iuris. Quod ego studium summopere laudo, quum plurima in bibliothecis lateant cognitu digna. Sed sunt etiam multa in lucem quidem diu emissa, ea tamen cura nondum tractata eoque studio haudquaquam expolita, ut nostrae aetatis hominibus satisfaciant. In quibus sunt fabulae illae, quae sub *Locmani* nomine circumferuntur. Postquam enim primus Erpenius has fabulas produxerat simplices ac nudas ab omni signorum vocaliumque apparatu, importunus ad easdem accessit Deusingius quidam medicus, qui sinistro studio vocalium defectum compensaturus horrenda monstra vocabulorum composuit huiuscemodi: سِنَّة pro سَنَة fab. 11, كُلٌّ وَاحِدٌ fab. 20 eiusque farinae plurima. Iam posteriores editores in hoc Augiae stabulo expurgando unice occupati editionem omnium primam prorsus neglexere. Ac maiore quidem nisu huic labori vacabant Golius et Bernstenius. Nova quaedam subsidia satis quidem exigua attulerat Marcelus; at plerique tamen in Golianis acquiescebant. Fabularum numerum tum additis quatuor postremis auxit nonnullasque ex reliquis secundum codicem Parisinum emendatiores dedit Caussinus, in plurimis tamen ultra Golianas correctiones haud processit.

Caussini denique vestigia persecutus cl. Freytagius librum eximia cura elimavit multoque, quam antea fuerat, politiorem edidit, ut vitia admodum pauca et ea quidem magnam partem leviora relinqueret, e. c. صَعَدَ et سَطَحَ fab. 35, الخَلْق fab. 34, لَحَسَهُ fab. 31, يجطون fab. 24, لَعَلَّ fab. 23, الوعد fab. 29 al. Sed praestat singula, quae ad manus mihi fuerunt, adminicula paucis describere.

1. *Editio* igitur *princeps* facta ab Erpenio prodiit Lugd. Batav. 1615. in 8. min., et duplici quidem forma, altera arabica tantum, altera stipata interpretatione latina. Vid. Schnurreri biblioth. arab. p. 212 sq. Ego priore usus sum haud exiguo cum fructu, eoque usu didici, editorum praeter Deusingium neminem eam adhibuisse.

2. Secundam editionem curavit Antonius Deusing Groningensis, de quo supra dictum. Prodiit Lugd. Bat. 1636. in 4. adiuncta Grammaticae Erpenianae. Vid. Schnurrer. bibl. ar. p. 213. cf. p. 44.

3. Tertia insigni curae debetur Iacobi Golii. Exstat in libro: Arabicae linguae tyrocinium etc. Lugd. Bat. 1656. 4. Vid. Schnurrer. l. l. p. 56 sq. Vitia Golius haud pauca partim tacitus correxit, partim in annotationibus subiunctis atque in Erratis.

4. Quarta est Alberti Schultensi, qui paucissimis tantum Golianam auxit. Vid. fab. 6. annot. 7. Adiunctae autem fabulae sunt Gramm. Erpen. editioni novae. Lugd. Bat. 1748. 4., et alteri minus emendatae a. 1767.

5. I. F. Hirtius aliquot fabulas (2. 6. 8. 9. 12. 14. 17. 23. 27. 28. 35. 37.) denuo edidit in Institutionibus l. arab. Ien. 1770. 8. adiectis annotationibus grammaticis p. 342 — 379. Menda Schultens. editionis paene omnia repetiit Hirtius; paucissima ipse tentavit. vid. fab. 37. annot. 2.

6. I. Dav. Michaelis repetiit textum Schultens. in Chrestomathia Gottingae edita a. 1771. 8. iterumque a. 1781.

7. W. F. Hezelius octo fabulas (2. 8. 14. 24. 26. 32. 33. 38.) dedit mendis turbatas in: *Erleichterte arab. Gramm.* Ien. 1776. Accedunt ad easdem annotatiunculae in: *Anweisung zur arab. Sprache.* tom. I. Lips. 1784. In Grammaticae ed. II. (Lips. 1825.) menda plurima servata sunt, pauciora eliminata, nova etiam infuscata.

8. Editio, quam Io. Ios. MARCEL (Langlesii auspiciis?) paravit, sic inscripta est: *Fables de Loqman, surnommé le Sage. Edition arabe, accompagnée d'une Traduction française, et précédée d'une Notice sur ce célèbre Fabuliste. Au Kaire, de l'imprimerie nationale. An VIII de la république française.* (1799 *vieux style*). in 4. Textum exhibet ex Goliano et Schultensiano confectum. Bis tantum propriam quandam suam habet scripturam. vid. fab. 4. annot. 7. et fab. 29. annot. 11. Sed in Notis aliquoties codicum quorundam MSS. a se inspectorum laudat auctoritatem. vid. fab. 19. annot. 11, fab. 24. annot. 1, fab. 30. annot. 2, fab. 36. annot. 1. *). Ceterum vocalium signa posita nulla sunt. Exemplaria huius libri apud nos rarissima sunt, meum benigne suppeditavit b. Rosenmueller. Interpretatio gallica denuo edita est Paris. 1803. in 12. quatuor fabulis novis aucta iisdem, quas arabicas primus dedit Caussinus.

9. Porro cum aliis quibusdam Arabum scriptis has fabulas in lucem dedit ANDERS SVANBORG in libro sic inscripto: *Oefningar i Arabiskan.* Upsal. 1802. in 4. p. 1 — 33. addita interpretatione Sueca. Deusingi et Michaelis editiones huic sunt pro fundamento.

10. Paucas fabulas mala cura edidit HERBINUS quoque in: *Développemens des principes de la langue arabe moderne.* Paris. 1803. 4. Huius inscitia inprimis hac re arguitur, quod, quum labante calamo excidisset fab. 9. حب et fab. 11. أنتج pro حب et أنتح, ipse tamen latinis quoque litteris adscripsit *hobb* et *antoh*!

11. Editionem superioribus aliquanto emendatiorem curavit GEORG. HENRICUS BERNSTEIN in: *Michaelis arab. Gramm. und Chrestom.* ed. III. tom. 2. Gotting. 1817. 8. p. 3 — 44.

---

*) De his codicibus addubitabat Bernstenius in praef. Chrestom. arab. p. V, rem eam totam fictam clamans atque falsam. Quod nescio an temere fecerit. Nam etsi hoc certum est, tumultuarie factam esse istorum codicum collationem, eo tamen res valde comprobatur, quod tum quae tacito Marcelus in textum intulit fab. 4. et 29., tum quae in codicibus suis se repperisse ait, magnam partem apparent in aliis codicibus. Quod autem titulum quoque arabicum a Marcelo ipso confictum esse contendit, id ex vitio grammatico falso concludit. Quod enim أبو أنعم ibi positum est loco أبي أنعم, id frequenter fit in libris recentioribus. Eiusdem generis alterum vitium est, quod ne animadvertit quidem Bernst., in articulo voc. الامثال positum. Hic enim titulus est: هذا كتاب الامثال لقمان الحكيم ابو انعم.

12. Fabulas XXV secundum Schultensium vix adhibito proprio iudicio recoxit Andreas Oberleitner in Chrestomathia arab. (Vienn. 1823). p. 219 sqq.

13. Interim iam a. 1819. novam Parisiis fecerat editionem Caussin de Perceval. Emendationes haud paucas depromsit ex *codice Parisino* (bibl. S. Germ. de Pratis. 540.), ad quem pridem ill. Silvester de Sacy digitum intenderat (*Magasin encyclopèdique.* an VI. tom. 6. p. 353 sqq. et an IX. tom. 1. p. 382 sqq.). Ex eodem codice fabularum numerum auxit Caussinus. Quum enim XXXVII ab Erpenio essent prolatae, hic primus *quatuor* adiecit novas. Quod ad reliquas, editor saepissime peccavit, maxime in vocalium signis ponendis, ita ut hac in re parum Golium superarit. Vid. *Allgem. Litt. Zeit.* 1829. n. 180.

14. Easdem quatuor fabulas novas cum ceterarum fragmentis ex *codice Oxoniensi* (Bodleiano 183.) exhibuit Alexander Nicoll in: Bibliothecae Bodl. codd. MSS. orientalium catalogi partis II. vol. 1. Oxon. 1821. n. 111. p. 104. Sunt ibi scriptae fabulae stilo admodum vulgari et turbato; nihilominus tamen utilissima fuit horum fragmentorum collatio. Vid. infra dicenda de hoc codice Oxoniensi.

15. Editor porro novus isque maxime idoneus exstitit celeb. Georg. Guil. Freytag, cuius eximiam operam in has fabulas impensam supra laudavi. Bona scripturae genera, quae Caussinus ex Paris. cod. eruerat, pleraque recepit, de recte ponendis vocalium signis apprime sollicitus, atque coniecturis etiam nonnunquam vacans. Oxoniensem autem codicem prorsus neglexit, ut mihi primo licuerit illo uti ad emendandas fabulas.

16. Praeterea autem subsidii plane novi copiam mihi fecit insignis Henrici Ewaldi benevolentia. Is enim, quum nuper Parisiis degeret, nactus ab amico codicem a mercatore ex Aegypto advectum, locos omnes, quibus differret ab exemplari Freytagiano, diligenter enotavit, notata mihi liberum in usum permisit. Cuius officii ut memoriam servarem et publicum quoddam testimonium perhiberem, hunc ipsum *codicem* vocavi *Ewaldianum.* Sic autem est inscriptus:
هذا كتاب امثلة لحكيم لقمان وهو رُشد الحكما امين. In fine haec leguntur:
تم هذا كتاب الذى هو سبعة وثلاثون امثلة على التمام والكمال بغير زيادة ولا نقصان.
Vocalium quidem signa appicta sunt, ita tamen, ut vulgaris et incorrecti sermonis vestigia ubique appareant.

17. Denique aliud criticae factitandae adminiculum memorandum, quod a nemine ante me erat tentatum, mancum id quidem et lubricum, nihilominus tamen utile futurum, si quis caute et circumspecte eo velit uti. *Syntipae* fabulas dico, quas graece e duobus codd. Moscoviensibus primus edidit Christianus Fridericus Matthaei *). Quarum cum Locmanianis fabulis tanta est ex parte similitudo, ut intimus qualiscunque nexus inter utrasque intercedat necesse sit **). Id quod unicuique facile apparebit, qui comparationem ipsarum volet instituere. Multo rarius eiusmodi usum praebuere fabulae Aesopiae (ed. Schaefer. Lips. 1820. et Fr. de Furia. Lips. 1810).

Sed iam iure quodam tuo quaeris, quid post tam multiplices doctorum hominum curas ego potuerim praestare. Est sane longa editionum series, quarum nonnullae suo in genere excellunt. At vides etiam, post nuperas curas accessisse nova adminicula minime spernenda, quibus adiutus novus aliquis editor nonnihil possit proficere. Quid, quod hoc etiam optandum erat, ut ostenderetur, quid superiorum quisque potissimum effecisset, ut lautior prodiret liber. Id vero maxime criticis annotationibus studui assequi.

Sed praeter cetera ad opus suscipiendum me hoc potissimum commovit, quod, quum hae fabulae a patrum memoria in prima tironum institutione solerent adhiberi, peculiari *Glossario* tamen hucusque carerent. Scheidianum enim librum ne obiicias, qui tam ab omni parte mancus est tamque parum aptus ad nostrae aetatis studia, ut eum fugiendum potius tironibus quam adeundum arbitremur. Primum autem id curavi, ut plenum esset Glossarium omniaque in se contineret

*) Novam earum editionem curavit Coray. Ceterum Syntipae nomen vel ficticium esse, vel certe ad has fabulas nil pertinere, iure mihi videor contendere. Fabulae ipsae haud ita antiquae habendae sunt.

**) Vid. inpr. Grauert. de Aesopo et fabulis Aesopiis diss. Bonn. 1825. p. 96 sqq. Cui etsi contrariam sententiam sequor in singulis haud paucis, in summa re tamen assentior.

vocabula, quae leguntur in fabulis. Immo, ea quoque adiicienda duxi, quae in annotationibus essent facta. Deinde ut certae essent et contestatae tam formae verborum quam significationes, dedi operam, in eamque rem Arabum scripta adhibui optima quaeque, velut Firuzabadi Kamusum, Hamasae Haririque scholiastas al. Porro quamvis summo brevitatis studio esset utendum, in multis tamen, quo vera significationum series et rectus ex origine ordo stabiliretur, de etymo verborum plusculum disserui, in eaque re videor mihi aliquid effecisse, quod doctorum laude haud prorsus indignum iudicetur. Verum quum unius linguae semiticae subtiliorem cognitionem fere nemo possit acquirere, nisi reliquas circumspiciat, tum in etymologicis accurate facta ipsarum comparatione maxime opus est. Itaque in tironum usum consona cognataque vocabula plerumque breviter indicavi, quo ad semiticarum dialectorum coniunctum studium incitarentur. Etymologicas demonstrationes varias vide sub vocc. أمّا, إن et أن, بقل, جد et جاد, جعل, جاب, حج, حوصل, حقر, حل, حال, خروف, خلص, دكان, رب et ربح, شرك, صحفة, صلى, صار, عند, نفع, it. جرد, حش, حطب, حم, خص, دغل, دنا, دام, ذل, شجر, غفل al. Ubi vero longiorem disquisitionem instituti ratio non ferebat, ibi significationum certe potissimarum ordinem verum restituere earumque nexum monstrare conatus sum, ut in حق, دبر, سام, صلح, فقر, قصف, مثل, ولى al. Tum ea potissimum vocabula diligenter exposui, quae novitia sunt vel in lexicis vulgatis desiderantur, ut جورة, جوى sub جو, خلقين, شوحة. Per totum autem fabularum librum orationis quaedam pravitas cernitur in syntaxi verborum, quam omnem singulis quibusque locis notare longum est; reliqui igitur ipsi tironum institutioni. Ceterum prorsus tollere huiusmodi naevos sine codicum manu scriptorum auxilio, religio erat. Quicquid est enim de Locmano eiusve

aetate statuendum *), hoc tamen certissimum mihi est, has, quae sub eius nomine circumferuntur, fabulas ad graecarum exemplum et eo quidem tempore demum litteris consignatas esse, quum iam Arabum lingua in peius iret. Quae sententia, ut a summo Sacyo est defensa, ita, credo, apud omnes illius linguae satis peritos scrupulum amplius non habet. Itaque praepostere faceret, qui sine codicum auctoritate naevos illos omnes exurere atque vulgaris sermonis vestigia ubique vellet delere. Eaque res me commovit, ut in variis locis ad primae editionis scripturam mallem redire, quam recentiorum correctiones sequi. In vocalibus tamen apponendis, quoad eius fieri potuit, politiorem sermonem, quo tironum commodo prospicerem, diligenter restitui.

Dab. Hal. Sax. a. d. VII. kal. Octobr. MDCCCXXX.

---

*) Vide H. Ferd. Wuestenfeldi diss. de scientiis et studiis Arabum ante Mohammedem et de fabulis Lokmani. Gotting. 1851. p. 23—40.

PRAEFATIO

EDITIONIS SECUNDAE.

Evenit, quod vix exspectaveram tam brevi temporis intervallo, ut omnibus huius libri exemplaribus distractis nova mihi editio esset adornanda. Qua quid praestare studuerim, nunc paucis dicendum. Ac primum quidem quum criticae factitandae nova quaedam adminicula nactus essem, operam dedi cummaxime, ut horum ope adiutus librariorum menda tollerem et rude horridumque orationis genus, quod his fabulis inest, demtis aliquot apertis vitiis, si fieri posset, comtius et elegantius redderem vel saltem minus nocuum tironibus, qui hoc libro solent uti. Inprimis autem largum fructum cepi ex duobus codicibus MSS., Parisino altero, altero Oxoniensi *). *Parisinum* dico illum, quem supra commemoravi p. VI, qui dudum quidem a b. Sacyo et Caussino nonnullis locis adhibitus, totus autem a Fluegelio demum exhaustus est. Is enim diligenter, ut solet, hunc codicem examinavit annotataque sua Schierio permisit, qui Locmani fabulas gallica interpretatione et glossario auctas edidit anno 1831. *Oxoniensem* vero codicem (Bodleianum 183. vid. supra p. VI) excutiendi atque describendi gratiam mihi fecit V. S. R. Reay, bibliothecae inclytae Bodleianae praepositus, qui intercedente V. S. R. Cureton, Musei Britannici praefecto, hanc provinciam benigne in se suscepit. Quibus viris eo maiores ago gratias, quo mihi huius codicis usus utilior

*) Vocalium signa, quibus codex uterque caret, ego tironum causa plerumque adieci.

fuit. Sero cognovi, praeter hunc, alterum codicem asservari in eadem bibliotheca, qui in cl. PUSEYI Catalogo numerum habet CCCXLIX, et his verbis describitur (l. c. pag. 344 sq.): „Codex bombycinus, forma octon., foliis 82, olim Io. Batt.ae Du Vallii, Regii Lingg. Orient. Interpretis. Est Autographus, satis luculenter, sed imperite exaratus, Nasrallae Ibn Iohanna, vulgo dicti Ibn Alkelh, ابن القلع (ut fere pro certo affirmarim, codice dicto XXXI et Bodl. 183 cum hoc comparatis), qui Venetiis commorabatur annis C. 1592 et 1607. Complectitur Syntagma Proverbiorum et sapienter dictorum, et varia ad scientiam ethicam pertinentia undique collecta, adiecta duplici inscriptione نظم الجوهر Contextus Gemmarum, et كتاب بستان الحكما وقاعدة الحكمة Liber Horti Sapientum et Fundamenti Sapientiae. Disseritur in Praefatione de praestantia hominis super cetera animalia, et animi eius facultatibus variis. . . . . In codice haec comprehenduntur: . . . . N. 7. *Fabulae Locmani* quadraginta et una, eaedem omnino numero et argumento quae continentur in codice CXI, non tamen sine lectionis varietate, a fol. 53 ad fol. 62."

Editiones harum fabularum, praeter Schierianam modo commemoratam, post editionem meam priorem hae mihi innotuerunt:

1) Erpenii gramm. arab. cum *fabulis Locmani* et glossario ed. MORSO. Panormi 1796. 8.

2) Editio *Calcuttensis* in libro: *The Arabic Reader*, *or Select Extracts from various Arabic writers*. 1828. 8. p. 47 sqq. Editor quis sit, nescio; hoc tamen compertum habeo, eum exemplar Golianum vel huic simillimum oculis usurpasse, in quo emendando passim quidem successum habuit, sed nimium quantum ad arbitrium suum egit. Praeter quatuor fabulas extremas quartam quoque neglexit; MSS. codicibus nullis usus est.

3) RASKII editio (Havn. 1831. 8.) meam, exceptis paucis locis, vestigiis insequitur, id quod auctor eius ingenue fatetur. Fabulam quadragesimam praetermisit. Glossario conficiendo supersedit.

4.) Fabulas novem et viginti Chrestomathiae suae (Paris. 1834. 8.) inseruit cel. Humbertus Genevensis.

5) Denique nominandus liber: *Fables de Lokman, adaptées à l'idiome Arabe en usage dans la régence d'Alger, suivies du mot-à-mot et de prononciation interlinéaire par* I. H. Delaporte, *fils, sécrétaire interprète de l'intendance civile. Alger.* 1835. 59 *pagg.*

His adiutus subsidiis critica ratione has fabulas retractavi, locos mendosos correxi, hiulcos explevi, dubios coniectura tentavi. (Vid. fab. 3. l. 1. fab. 4. l. 4. fab. 9. l. 3. 4. fab. 13. l. 3. fab. 14. l. 4. fab. 18. l. 5. fab. 20. l. 2. fab. 23. l. 4. fab. 24. l. 6. fab. 27. l. 4. fab. 32. l. 2. 3. fab. 34. l. 4. 5. fab. 35. l. 4. fab. 36. l. 1. fab. 37. l. 2. fab. 41. l. 5 al.) Glossarium quoque passim emendavi et, ubi opus erat, auxi. (Vid. inprimis برد, بعوض, جردون, جمل, جيب, حوز, حبة, خلقين, سبح, مسلخ, شوحة, عجب, منقلب, نمس al.) Nihil autem magis exopto, quam ut hac quoque opella mea Arabicarum litterarum studium in dies latius propagetur ac laete crescat.

Hal. Sax. kal. Decembr.
MDCCCXXXVIII.

AEM. ROEDIGER.

GLOSSARIUM.

أَبٌ *pater*. Stat. constr. nom. أَبُو, gen. أَبِي, acc. أَبَا. plur. آبَاءٌ. — أَبُو ٱلْحُصَيْنِ *pater munimenti parvi* i. e. *vulpes*. fab. 6. cf. Harir. 49. p. 581. أَبُو ٱلْحِصْنِ idem (Kamus.).

أَبَدَ *perennavit* (pr. seorsum processit, cf. h. et aram. אבד oberravit, periit).

أَبَدٌ *sempiternitas*. أَبَدًا *in sempiternum*. أَبَدَ ٱلدَّهْرِ *unquam* fab. 17.

اِبْنٌ *filius*. vid. بنى.

أَتَى F. يَأْتِي *venit* c. إِلَى vel acc. p. locive. Aram. et hebr. poet. id.

إِثْرٌ et أَثَرٌ *vestigium*. pl. آثَارٌ. Cf. aram. אֲתַר locus, בְּאַתַר, בָּתַר in vestigio, post.

اِثْنَانِ *duo*. vid. ثنى.

أَجَلَ (pr. volvit. cf. hebr. גלל; hebr. et syr. עגל, ܡܓܠܬܐ volumen, it. גרר al.) 1) *volvit* aliquid (mali) in aliquem c. a. r. et عَلَى p. 2) *collegit*, *convolvit* undique (lucrum). cf. جَلَّ convolvit, nec non hebr. אָגַר collegit. 3) med. i. *moram traxit*, quasi cum molestia se devolvit. cf. جَلَّ gravis, difficilis, magnus fuit. V *convolvit se in unum*, *confluxit* (multitudo).

أَجْلٌ *causa* (ut سَبَبٌ, rabb. סִבָּה causa, a סב). لِأَجْلِ c. gen. (rei) *causa*, *propter* (rem). مِنْ أَجْلِ id.

أَحَدٌ *unus*. fem. إِحْدَى.

أَخٌ *frater*; *socius*. pl. إِخْوَةٌ, إِخْوَانٌ.

أَخَذَ F. u. *cepit*, *accepit*, *sumsit* c. a. (hebr. אָחַז, aram. אֲחַד).

آخَرُ fem. ة *posterior*, *postremus* (hebr. אַחֲרוֹן). Fem. subst. *postremum*.

extremum. اَلْآخِرَةُ *extrema vita* et *post mortem futura.*

آخَرُ *alter*, *alius* (h. אַחֵר). Fem. أُخْرَى.

آدَمُ *Adamus.* اِبْنُ آدَمَ *filius Adami* i. e. *homo mortalis.* بَنُو آدَمَ *homines.*

اِذْ hebr. אָז, germ. *da* 1) *ecce* c. بِ fab. 40. 2) *quum*, *quod* fab. 9.

اِذَا *ecce*; *quum.*

اِذَنْ, اِذًا *tum.*

أَرْضٌ *terra.*

أَسَاتَ vid. سَاءَ.

أَسَدٌ *leo.*

أَسَرَ F. i. *constrinxit*, *ligavit* (hebr. et aram. אסר). V *cunctatus fuit.*

أَسْرٌ *lorum*, quo aliquid constringitur. شَيْءٌ بِأَسْرِهِ *res cum loro suo* i. e. *universa.* Eodem modo usurpant بِرُمَّتِهِ cum fune suo. Hoc inde natum volunt, quod, si quis camelum vendiderit cum loro, quod in collo est, totum vendidisse dicatur.

radix (pr. iunctura, cf. وصل, hebr. אָצִיל commissura, articulus).

أَصُلَ *firmus fuit*, de radicibus fab. 22.

أَكَلَ F. u. nom. act. أَكْلٌ *edit*, *comedit*, *voravit* c. a.

أَلْ articulus.

أَلَّذِى fem. أَلَّتِى pronom. relat. *qui*, *quae*, *quod.*

أَلَّا pro أَنْ لَا vid. أَنْ. — اِلَّا vid. اِنْ.

الخ (scrib. compend.) = اِلَى آخِرِهِ *usque ad extremum*, *et cetera.*

اِلٰهٌ, اَلْإِلٰهُ *numen*, *deus.* c. artic. أَللّٰهُ *Deus.* (h. אֱלוֹהַּ, aram. אֱלָהּ.)

اِلَى praepos. *ad*, *usque.* hebr. אֶל. اِلَى أَنْ *usque dum.* اِلَى حَيْثُ *quocunque.*

أُمٌّ *mater.*

أَمَّا particula transitioni adhibita: *quidem*, *igitur*, *quod attinet ad.* (Fortasse contractum ex أَنْ مَا, ut proprie sit *ecce quod.* cf. اِنْ.)

أَمَرَ F. u. *mandavit* alicui aliquid c. a. p. et بِ r. (hebr. et aram. אמר protulit, dixit, edixit.) III *consultavit* c. a. p. et فِى r. VI *consilium invicem inierunt*, *decreverunt* sq. أَنْ fab. 36. VIII id.

[illegible]; *negotium*, *res*. plur. أُمُور. (hebr. אָמַר, cf. דָּבָר.)

إِنْ *si*. hebr. אִם, syr. ܐܶܢ. (proprie, ut videtur, *ecce!* cf. ἦν, quod est ipsum lat. *en*, הֵן en, si. cf. etiam أَنْ et إِذَا.) وَإِنْ *etsi*, *etiamsi*. إِنْ لَا contr. إِلَّا *nisi*.

إِنَّ (ortum ex إِنْ ut hebr. הִנֵּה ex הֵן) propr. *en*, *ecce* c. a. nominis subsequentis vel pronominis, ut إِنَّهُ. Saepissime hac particula utuntur ad ordiendum sermonem, ac tum quidem saepe vertere licet: *sane*, *utique*, *equidem*. إِنَّمَا *tantummodo*.

أَنْ et أَنَّ *quod*, *ut*. Illud ponunt ante verbum, quod in subiunctivo, hoc vero ante nomen, quod in accusativo est. (Primitus autem ab أَنْ et إِنَّ haud videtur diversum fuisse.) لِأَنَّ *propterea quod*. أَنْ لَا contract. أَلَّا *ut non*, *ne*.

أَنَا *ego*.

أَنْتَ m. *tu*. fem. أَنْتِ. Plur. m. أَنْتُمْ *vos*. fem. أَنْتُنَّ.

إِنْس *genus humanum*.

إِنْسَان *homo*. plur. نَاس.

أَنِسَ, أَنُسَ et أَنَسَ *familiaris fuit*, *assuevit* c. إِلَى p. fab. 5.

أَنِفَ *praecessit*; *ad novum intactumque pabulum pervenit*, *pede calcavit pabulum non depastum*.

أَنَى *appropinquavit tempori suo*; *tempestivus fuit*. med. i. *tardavit*, *morum traxit*. V *exspectavit tempus*, *cunctatus fuit*; *lenitate et industria usus fuit*. (Vicinum est آنَ med. Ie: tempestivus fuit, lassus fuit, et وَنَى q. v.)

أَوْ *aut*, *vel*, *sive*. hebr. אוֹ.

أَوَّل fem. أُولَى *prior*, *anterior*, *primus*. أَوَّلًا adv. *primum*, *primo*, *antea*.

أَهْل *familia*, *familiares*. fab. 3. (pr. tentorium, אֹהֶל. cf. בַּיִת.) أَهْلُ بَيْتِهِ *familiares eius*. fab. 7. *populus*, *incolae* (urbis). fab. 1; item *dignus* aliqua re c. بِ vel لِ r. vel c. gen., ut v. c. familiares beneficii dicantur, qui ipso sint maxime digni. vid. fab. 18.

أَيّ *quisnam? quae? quod?* لِأَيِّ سَبَبٍ *quamnam ob causam?* أَيُّهُمْ *quis eorum*.

أَيُّهَا et يَا أَيُّهَا adv. vocandi *o!* Nomen vocati semper est in-

minat. atque articulo definitum. fab. 33.

آدَ F. يَئِيدُ *firmus*, *validus fuit*. (Cf. hebr. מְאֹד valde.) II *firmavit*, *corroboravit*. V تَأَيَّدَ *firmatus*, *corroboratus fuit*.

آضَ *reversus est*. (Cf. hebr. עוֹד, عَادَ.)

أَيْضٌ nom. act. *reversio*. أَيْضًا adv. *iterum*, *etiam*. Cf. hebr. עוֹד.

إِيَّلٌ, أُيَّلٌ, أَيِّلٌ et أَيْلٌ *cervus*. hebr. אַיָּל syr. ܐܝܠܐ.

أَيْنَ *ubi?* hebr. אַיִן in מֵאַיִן unde.

ب

ب praepos. insepar.: *in*. est loci et temporis; it. instr., ut عَضَّهُ بِأَنْيَابِهِ *momordit eum dentibus suis*. fab. 31. بِقُرُونِهِمَا *cornibus suis* (petierunt eum) fab. 1. porro societatis, ut ذَهَبَ بِهِ *abiit cum illo* i. e. *abstulit illud*. fab. 21. — ظَفِرَ بِهِ *vicit eum*. fab. 20.

بَئِسَ F. a. *miser*, *malae conditionis fuit*. In exclamatione utuntur formula بِئْسَ *quam malus est!* Vid. Ewald. gr. ar. I, 499. بَؤُسَ F. u. *strenuus*, *fortis fuit* (propr. atrox, malae indolis fuit. cf. aram. באשׁ).

بَأْسٌ nom. act. *strenuitas*, *fortitudo*.

بَحَرَ *fidit* (ut بَقَرَ, cf. בָּחַר segregavit, delegit).

بَحْرٌ 1) *fissura*; 2) pl. بِحَارٌ, بُحُورٌ *mare*, et *flumen magnum*.

بَدَّ F. u. *separavit*, *disiunxit*, *dispersit*. V n. a. تَبَدُّدٌ *separatus*, *dispersus fuit*.

بَدَرَ F. u. *properavit*, *festinavit*, *accurrit* ad aliquem vel aliquid c. إِلَى. III n. a. مُبَادَرَةٌ id., *festinanter fecit* rem c. إِلَى r. fab. 27.

بَرَّ F. i. a. (pr. dissectus, separatus, segregatus, selectus, *purus fuit*, inde) *pius fuit*. VIII *separatus fuit*. Cf. بَرِئَ purus, liber, immunis fuit. (A *separando* apud Hebr. est *eligendi* potestas.)

بَرٌّ 1) *purus*, *pius*; 2) *campus* (isque propr. purus a domibus et arboribus), *desertum*. Cf. hebr. בַּר vacuus Prov. 14, 4.

بَرِّيٌّ *campestris*, *agrestis*. fab. 15.

بَرَدَ (pr. secuit, cf. فرد, بر) 1) *lima-*

vit ferrum c. a. 2) *friguit* (cf. gelu acutissimum Horat., *schneidende Kälte*), *grandinavit*.

بَرْد *frigus*. مِبْرَد *lima*.

بَرْغَش, nom. unit. بَرْغَشَة *culicum genus*. fab. 13. annot. 1. cf. بعوض id., et بُرْغوث hebr. פַּרְעֹשׁ pulex.

بَرَك F. u. *flexit genua*. III *bene precatus fuit*, *benedixit* alicui, *fortunatum reddidit* eum Deus c. a. vel ل vel في vel على p. hebr. בֵּרֵךְ.

بِرْكَة *piscina*, *aquae receptaculum*. hebr. בְּרֵכָה.

مُبارَك part. pass. conj. III. *fortunatus*.

بُسْتان pl. بَساتين *hortus*. pers. بوستان.

بُسْتانِيّ *hortulanus*.

بِسْمِ ٱللّٰه *nomine Dei*. (اِسْم *nomen*.)

بَصُر *videns*, *intelligens fuit*.

بَصيرَة *visus*, *intelligentia*.

بَضَع F. a. *fidit*, *secuit* c. a. hebr. בָּצַע, aram. בְּזַע.

بِضْعَة *pars resecta*, *frustum*.

بَطُؤ *tardus fuit*, *lente processit*. V n. a. تَبَطُّؤ *cunctatus fuit*, *moram traxit*.

بَطْن *venter*.

بَعِدَ et بَعُدَ *distitit*, *longius abfuit*. V *recessit* ab aliquo عن. fab. 26. VI id.

بَعْدُ adv. *postea*. فيما بَعْدُ id. fab. 25.

بَعْدَ praep. *post*. بَعْدَ ذلك *posthac*.

بَعيد *distans*, *dissitus*, *longinquus*.

مِن بَعيد *e longinquo*.

بَعَّض II *partitus est*.

بَعْض 1) *pars*; 2) *nonnulli* c. gen.; 3) *aliquis* c. gen.

بَعوض collect. *culex*. nom. unit. بَعوضَة. Vid. Burckhardti proverb. 449. Idem culicum genus in Aegypto vocatur ناموس q. v. Ellious Bocthor dict. II, 73: *Moucheron* ناموسة, بعوضة, it. II, 75: *Moustique* ناموسة, it. I, 218: *Cousin* ناموس, بعوض, برغش.

بَغا F. i. *expetivit*, *quaesivit*.

بَقَر coll. *boves*. hebr. בָּקָר.

بَقَل pr. fidit, dein *prorupit*, *prodiit*; *germinavit*. aeth. በቈለ: id.

بَقْل *herba ex semine nata*, *olus*. (Aeth. በቍል: germen, planta. syr. ܒܩܠܐ id., et baculus. cf. hebr. מַקֵּל.)

بقى F. يبقى *superstes fuit*, *mansit*. IV *superstitem servavit*.

بل particula, qua negantur vel corriguntur, quae modo dicta sunt, propr. *non*, *minime* (hebr. בַּל), *quin*, *quinimmo*, *at vero*.

بلّ F. يبلّ *madefecit*.

بلد *substitit*, et *commoratus fuit* in loco c. ب l. V *huc illuc impulsus fuit*.

بلع F. a. *deglutivit* c. a. hebr. בָּלַע.

بلغ *pervenit* c. a. بلغه أن *pervenit ad eum* (nuntius), hoc vel illud factum esse. fab. 33.

بلا F. u. et i. 1) *exploravit*, *tentavit*; 2) *afflixit* c. a. p. et ب r.

بلاء 1) *experimentum*, *tentamen*; 2) *afflictio*, *aerumna*.

بنى F. i. *condidit*, *aedificavit*.

ابن *filius*, et de brutis *pullus*. fab. 18. Plur. أبناء et بنون. ابن جنسه *homo eiusdem generis ordinisve*. fab. 37. 40.

باب pl. أبواب *porta*, *ianua*.

باس F. يبوس *osculatus est*.

بهج F. a. *exhilaravit* c. a. med. i. *hilaris fuit*, *exsultavit*. VIII id. c. ل ob rem.

أبهم IV *clausit*. X *obmutuit*. aeth. ቦሀመ: id.

بهيمة pl. بهائم *animal brutum*, *iumentum*. hebr. בְּהֵמָה.

بهو, بهى et بها *venustus*, *pulcher fuit*, *nituit*.

بهى *pulcher*, *nitens*.

بيت pl. بيوت, أبيات *tentorium*, *domus*.

باض F. يبيض 1) *superavit albedine*; 2) denom. a بيض *ova excrevit avis*. IX ابيض n. a. ابيضاض *albus fuit* vel *evasit*. cf. hebr. בוש, בוץ.

بيض coll. *ova* (ab albedine dicta). nom. unit. بيضة *ovum unum*. Hebr. בֵּיצִים, aram. ביעא.

بياض *albedo*, *candor*.

أبيض *albus*. fem. بيضاء, pl. بيض.

باع F يبيع n. a. بيع *vendidit* c. a. r. et p. vel c. a. r. et من p.

بان F. i. *distitit*; *distinctus fuit*.

بين *separatio*, *distantia*. بين praepos. *inter*. فيما بينهم *in* vel *de eo quod inter ipsos est* i. e. inter se. fab. 32.

ت

تَبِعَ F. a. *secutus*, *persecutus*, *sectatus fuit* c. a.

تُرَابٌ *terra*, *pulvis*.

تَرَكَ F. u. *reliquit*, *missum fecit* c. a.

تَعِبَ F. a. *lassus*, *defatigatus fuit*. IV *lassum reddidit*, *defatigavit* c. a.

تَابَ F. يَتُوبُ *reversus est*, *resipuit*.

تَيْسٌ *hircus*. hebr. תַּיִשׁ.

ث

ثَبَتَ F. u. *constitit*; *stabilis*, *fixus*, *constans fuit*, *perseveravit* in re c. على r.; *permansit* apud aliquem c. مع p. fab. 21. (Cognat. hebr. שָׁבַת destitit, et יָשַׁב constitit in loco, sedit, mansit; it. ثبط immoratus est rei c. على.)

ثَعْلَبٌ pl. ثَعَالِبُ et ثَعَالٍ *vulpes*. ثُعَالٌ id. hebr. שׁוּעָל, aram. תַּעְלָא.

ثَقُلَ *ponderosus fuit*; *gravis*, *molestus fuit* alicui c. على p. (Hebr. שָׁקַל, aram. תְּקַל.)

ثِقْلٌ nom. act. *gravitas*.

ثَلْجٌ *nix*. hebr. שֶׁלֶג, aram. תַּלְגָּא.

ثَمَّ adv. loci *istic*, *illic*. hebr. שָׁם, talm. תַּם, aram. תַּמָּן, ܬܡܢ.

ثُمَّ adv. temporis *tum*, *deinde*, pr. illico, ut hebr. שָׁם.

ثَمَرَ *fructus protulit* arbor.

ثَمَرٌ coll. *fructus*. nom. unit. ثَمَرَةٌ.

ثَنَى F. a. et i. *flexit*; *complicuit*, *duplicavit*; *iteravit*. Cf. hebr. שָׁנָה, aram. שְׁנָא et תְּנָא.

اِثْنَانِ *duo*. fem. اِثْنَتَانِ. Hebr. שְׁנַיִם, aram. תְּרֵין.

ثَوْبٌ pl. ثِيَابٌ *vestis*.

ثَوْرٌ *taurus*. hebr. שׁוֹר, chald. תּוֹרָא, syr. ܬܘܪܐ.

ج

جَبَّ F. u. *exsecuit*, *effodit*, *excavavit*. (Inde גַּב *gibbus*, dorsum. Vicina sunt جَابَ fidit. VIII fodit puteum. جُوبَةٌ fovea, hiatus. جُبٌّ canalis. جَابِيَةٌ aquarium. cf. sanscr. *kûpa* fovea, cavum, puteus, gr. κύπη, γύπη, κύφος et σκύφος. porro قُبَّةٌ fornix a cavitate dictus, ܩܒܒ fornicem

exstruxit, כַּף manus cava, جَافَ concavus fuit, جَوْفٌ venter. it. de rotundis: كُبَّةٌ glomus, ܟܒܟܒܐ id. ክብብ: rotundus, ክበብ: sphaera, orbis: quo pertinet quoque كَوْكَبٌ כּוֹכָב stella a rotunditate dicta pro כבכב al.)

جُبٌّ *puteus*. chald. גֻּבָּא, syr. ܓܘܒܐ aeth. ገብ: id. cf. hebr. גֵּב id.

جَبَلٌ pl. جِبَالٌ *mons*, et is quidem altus et longus, haud separatus ab aliis (*Gebirge*).

جَدَّ F. i. et u. *cum studio versatus fuit in re* c. فِى r. (pr. penetravit. cf. גָּדַד).

جِدٌّ *studium*, *opera*. Inde

جِدًّا adv. *magnopere*, *valde*.

جَدَلَ F. i. et u. 1) *torsit et plexuit* (aram. id., h. גְּדִילִים fila implexa); hinc 2) *firmus fuit* (hebr. magnus fuit). VI *luctatus*, *altercatus est unus cum altero*.

جَرَحَ F. a. *vulneravit* c. a. (cf. جرد).

جَارِحَةٌ propr. vulnerans. Pl. جَوَارِحُ *animalia rapacia*, tam ferae, quam volucres.

جَرَدَ F. u. *scalpsit*, *abrasit* (nostr. *kratzen*. cf. χαράττειν, hebr. הִתְגָּרֵד Iob. 2, 8. aram. גְּרַד); *avulsit*, *detraxit*, *decorticavit*, de locusta: avulsit herbas; *detraxit*, *exuit* alicui vestem, *denudavit* c. a. p. et من r. II *fecit*, *ut exueret* vestem, *nudavit* veste. fab. 34. (Vicina sunt جَرِبَ scabiosus fuit, جَرَمَ detondit, resecuit, גָּרַע totondit, גָּרַף abripuit, جَرَّ גָּרַר traxit, גָּרַע rasit, גָּרַף verrit, al.)

جَرَادٌ coll. *locustae*. nom. unit. جَرَادَةٌ *locusta una*. (samar. ࠂࠓࠃࠌࠄ id.)

جُرَذٌ plur. جِرْذَانٌ *muris campestris species magna*, vel potius *mustela rustica* s. *viverra*. Boethor dict. II, 234. Humbert (Guide de la conversation arabe. Paris. 1838) p. 64. Vid. fab. 4. annot. 2.

جُرَذٌ pl. جِرْذَانٌ *mus campestris*.

جَرَزَ F. u. *resecuit*, *amputavit*.

جُرْزَةٌ *fasciculus* foeni, lignorum.

جَرَى F. يَجْرِى 1) *cucurrit*; *processit*; 2) *fluxit* aqua.

جَرْىٌ nom. act. *cursus*.

جِسْمٌ *corpus*.

جَسَرَ F. u. propr. fort. secuit, ut جَزَرَ, dein *penetravit*, *transivit*; *au-*

sus est c. على (pr. *darauf los gehen*).

جِسْم pl. أَجْسَام *corpus*. Chald. גִּשְׁמָא, syr. ܓܘܫܡܐ id.

جَعَلَ F. a. 1) *posuit*; 2) *constituit*, ut metam. fab. 20; 3) *instituit*, *coepit* facere aliquid seq. F. fab. 7. 25. 35. 41; 4) *fecit* c. a.

جَفَّ *siccus evasit.*

جَلَّ *magnus et illustris fuit.* IV *magnificavit*, *reveritus fuit*. cf. اجل.

جُلّ *tegumentum.*

جَلِيل *magnus*, *illustris*. Compar. أَجَلّ.

جِلْد pl. جُلُود، أَجْلَاد *cutis*, *pellis*, *corium*.

جَلَسَ F. i. *sedit*, *consedit*, *discubuit*.

جَمَعَ F. a. *collegit*, *congregavit*. VIII *congregatus fuit*, *convenit*.

جَمِيع *collectus*, *congregatus*, *cunctus*.

جَمِيعًا *cunctim*, *simul*.

جَمَلَ F. u. 1) i. q. جَمَعَ *colligavit*, *collegit*, *congessit* (Kam.); 2) جَمُلَ *pulcher et elegans fuit* tam corpore quam moribus (pr. *consummatus*, *perfectus*, *integer fuit*. vid. coni. IV. cf. كَمُلَ plenus, integer, perfectus fuit, et تَمَّ completus, totus, perfectus, integer fuit, تَمَام coetus, تَمِيم plene formatus. Consummatissimum iuvenem dixit Plinius epp. 2, 7, consummatam eloquentiam Quinctilianus. Porro huc refer hebr. et aram. גמר complevit, perfecit, aeth. ገመረ: perfecit, hebr. גָּבַר adultus, vir, mas, nec non hebr. גָּמַל perfecit aliquid in aliquo, *etwas an einem vollbringen*, *ihm etwas anthun*). IV *collegit in unum*; *in summam collegit* computum, *consummavit*.

جَمِيل *pulcher*, *elegans*, *decorus*.

جُمْلَة *summa.*

جَنْب *latus*. جَانِب id. مِنْ كُلِّ جَانِبٍ *ab omni latere*, *undique*. fab. 34.

جَنْح *latus*; *tractus*.

جَنَاح *latus*; *ala* avis.

جِنْس *γένος genus.*

جو. Haec radix vicina est illis, quae supra s. جب sunt congestae quaeque pertinent ad notionem *cavitatis*. Sic جُوّ est *scrobs* in monte et in aliis rebus (Kamus.), جَوّ *interior pars* domus et vallis

[بَطْن الوَادِى Tebrisi ad Hamas. p. 18. l. 24. cf. גַּי vallis]. Concinunt syriaca ܓܰܘ pars intima, penetrale, ܓܰܘܳܝܳܐ interior. ܓܰܘܳܝܶܐ ܕܡܕܝܢܬܐ sunt, qui in ipsa urbe habitant, opp. hominibus, qui degunt in pagis et agris, Assem. Bibl. Or. I, 393. ܠܓܰܘ intus, opp. ܠܒܰܪ extra; ac his simillima chaldaea גַּו, גַּוָּאר opp. בַּר, בְּרָא. Sic porro apud vulgum tritissima sunt hodie جَوَّا *intra*, et بَرَّا *extra*. Caussin Gramm. arab. vulg. p. 78.

جُوِّى *interior*. (voc. novitium. German. de Silesia Fabrica l. arab. p. 615, ubi quoque جُوَّانِى id. Cf. Bocthor I, 444.) بَقْل جُوِّى fab. 15 est *olus intus in hortis plantatum*, opp. agresti (بَرِّى).

جَابَ F. u. *fidit*, *secuit*. IV pr., ut videtur, interpellavit aliquem (cf. διακόπτειν), hinc *respondit*, fab. 33; *annuit*, *morem gessit* c. a. p. et لِ r. fab. 5. 24.

جَوَاب *responsum*; *excusatio*, *defensio* (*Verantwortung*) c. عَلَى نَفْسِه fab. 30.

جَادَ F. u. pr. penetravit (cf. hebr. גּוּד et جَدَّ), inde 1) *incessivit* al. quem amor c. a.; 2) *multum rigavit* (pluvia) terram c. a.; 3) *largiter dedit*, *liberalis fuit*; 4) *bonus*, *praestans fuit*.

أَجْوَد *liberalissimus*; *foecundissimus* (de terra) fab. 22.

جَارَ F. u. *deflexit* a via. (Inde גּוּר divertit, hospes fuit, גֵּר hospes.) III *prope adhabitavit*, *vicinus fuit* alicui c. a.; *in fidem et clientelam recepit* c. a. fab. 22.

جُورَة vel جُورَة *fovea*, locus in quo aqua stagnat, quasi diverticulum aquae. fab. 36. (Vocabulum recentius, quod nec Firuzabadius memorat in Kamuso, nec Freytagius in Lexico. Legitur M noct. IV, 275, ap. Arab. Polyglott. Ies. 14, 23 pro gr. βάραθρον, et ap. Germanum de Silesia Fabrica l. ar. p. 245. Ibid. p. 487: جور جوار fovea, et Kam. p. 489: جِوَار aqua multa et profunda. Talm. מְגוּרַת מַיִם receptaculum aquae. Cf. גּוּר convenire.)

جَازَ F. يَجُوز *transiit*; *licitum fuit*.

جَاعَ F. u. nom. act. جُوع *esurivit*, *fame et inedia laboravit*.

جُوع *fames*, *inedia*.

جاف *cavus fuit.* Gol. ex Ibn-Ma'rupphi lexico. Vid. جَبّ.

جَوْف *venter.* chald. גּוּף, hebr. גוּפָה.

جال *circuivit* (cf. h. גִּיל, גָּלַל) inpr. in pugna. VI *adortus est unus alterum* in pugna.

جهل F. a. *ignoravit*; *insipiens fuit.*

جَهْل *ignorantia*; *insipientia.*

جاء F. يجي n. a. مَجِيء, مَجِيئَة, مجي *venit, advenit* c. a. vel إلى p. vel loci. (fort. pr. intro ivit, ut hebr. בּוֹא, cf. جو.)

جاب F. يجيب *adduxit, attulit.* fab. 5. annot. 4. 2 Reg. 6, 19. Bocthor dict. I. 35 s. Amener, et II. 412 s. faire Venir. Humbert guide de la conv. ar. p. 88. Est novum voc. ex phrasi جاء به ortum, ut زابه; pro زاء به dicitur ex quorundam auctoritate. Similia quoque sunt فذلك, سبحن et quae attuli in diss. de arab. ll. V. T. hist. interpret. (Hal. 1829. 4.) p. 105.

ح

حبّ F. i. *amavit*; *cupivit, voluit* c. a. IV i. q. I. sed frequentius utuntur IV. (Hebr. חָבַב Deut. 33, 3. aram. חַבֵּב. Vicina sunt אָהַב, אָבָה, אָוָה al.)

حُبّ, مَحَبَّة *amor.*

حتّى 1) praepos. *usque ad*; 2) coni. *donec*; *adeo ut*, *ut* c. subiunct.

حجّ F. u. (pr. ambivit, circuivit, ut חוּג, سعى. inde حِجَاج os oculum circumdans, hebr. חָגַג saltavit. similia sunt sub radd. حجب, حجر, حجل) *contendit* aliquo c. a. loci, spec. Meccam profectus est sacra obeundi causa. III *contendit* cum aliquo c. a. p., *causam dixit.* VIII *causae probationem attulit* sq. أن fab. 16.

حدّ F. u. pr. incîdit (cf. خدّ fidit terram, جدّ secuit, قدّ id. et alia huiusmodi), *limitavit, terminavit*; *acuit* cultrum lapide vel limâ.

حَدّ *terminus, finis, scopus.*

حَدِيد *acutus*; *acer*; it. *ferrum.*

حَدَّاد *faber ferrarius.*

أَحَدّ *acutior*; *acrior.*

حدر F. u. et i. *descendit*; *deorsum se demisit.* VII id.

حِدَة vid. وحد.

حرّ perf. حَرِرْتَ et حَرَرْتَ F. a. i. u. *caluit, incaluit, ferbuit.*

حَرّ *calor*, *fervor* solis.

حَرَبَ F. u. *spoliavit* c. a.; *bellum gessit.* III *pugnavit*, *bellum gessit* cum aliquo, *adversatus fuit*, c. a. p., it. c. ل p. fab. 10. (Cf. حَرَبَ latrocinatus est, خَرِبَ vastatus fuit, hebr. חָרֵב id.)

حَرْب *bellum*, *pugna*.

حَرِىّ *dignus*, *conveniens*. Compar. أَحْرَى.

حِرْذَوْن et حِرْدَوْن pl. حَرَاذِين (Abdallatif. p. 72. Avicenn. II. p. 130) *lacerta*, mas lacertae Libycae (ضَبّ, צָב), ut volunt Firuz. Demir. al. Boothor dict. II, 13: Lézard حرذون. Lacertum nigrum explicat German. de Siles. in Fabrica l. ar. p. 630. Chald. חרדונא, syriac. ܚܘܪܕܢܐ, samar. [samaritan] et amhar. ሐርደኖ: Lud. lex. amh. p. 57. Vid. Bochart. Hieroz. P. I. l. 4. c. 1.

حَزِنَ F. a. *tristis fuit* ob rem c. ل vel على r. Aeth. ሐዘነ: et ሐዘነ: Matth. 20, 24.

حُزْن et حَزَن pl. أَحْزَان *tristitia*.

حَسَّ (pro حَسِسَ) F. يَحَسُّ *sensit*, *percepit*, *comperit*. II id.

حَسِبَ F. i. et a. *putavit*, *opinatus fuit*.

حَسَبَ F. u. *computavit*, *numeravit*. (חָשַׁב, ܚܫܒ, ሐሰበ:)

حِسَاب nom. act. *computatio*; *ratio*.

بِحَسَبِ seq. genit. *pro ratione* rei, *propter* rem.

حَسُنَ *pulcher*, *bonus*, *elegans fuit*. IV *bonum fecit*, *bene egit*; *benefecit* c. الى p.

حُسْن *pulchritudo*. حُسْنُ الْخُلْقِ *bona indoles*, *elegantia morum*.

حَسَن fem. ة *pulcher*, *elegans*.

أَحْسَن *pulcherrimus*, *praestantissimus*.

حَشَّ F. u. *exaruit*. (Proprie, ut videtur: in se contractus, corrugatus fuit, *zusammenschrumpfen*. Vicina sunt قَشَّ exaruit planta [Kam.], incessit more emaciati. IV valde arida fuit terra [Kam.], קַשׁ, ܩܫܐ stipula ab ariditate dicta, ܩܫܐ consenuit, nempe corrugatus fuit, *ῥυσοῦσθαι*, ܩܫܝܫܐ senex, *ῥύσος*, quo refer quoque hebr. יָשִׁישׁ cf. ישן, it. حشف X corrugatus fuit, aeth. ሐሠር: stipula, palea. A *contrahendo* autem in nonnullis radd., quae a syllaba *chasch* incipiunt, ducta

est sign. *colligendi*, ut in حشب coni. VIII, حشد, حشر, حشك et in ipso قشّ collegit. Sed ista non ultra persequar.)

حَشِيش *herba siccior*, *foenum*, *pabulum siccum*: opp. رَطْب pabulum viride et recens.

حَوْصَلَة, حَوْصَلَة, حَوْصَل, حَوْصَل, حَوْصَلَاة et حَوْصَلَّاة (Kam. p. 1424) *ingluvies* avis (a prominendo vel prodeundo dicta, ut videtur; hac enim sign. utuntur verbo حصل, atque حوصلة pars quoque ventris interior est sec. Kam.).

حَصَلِيَّة et حَوْصَلِيَّة i.q. حَوْصَل ut videtur. fab. 12. annot. 6. fab. 27. annot. 3.

حَصُن *munitus*, *firmus fuit*. (Cf. syr. ܚܣܝܢ munitus, firmus, robustus fuit, chald. חֲסַן id. et hebr. חָסֹון, חָסִין.)

حِصْن *munimentum*, *arx*. (Syr. ܚܣܢܐ id., sam. [Samaritan] murus.)

حُصَيْن demin. *munitio parva*. v. أب.

حَطّ F. u. 1) *deposuit* c. a., ut cistam M noct. 1, 12, caput ib. 13, peram ib. 33, in sepulcro Sacy Chrest. 1, 6, et sic saepe, cf. Tebris. ad Hamas. p. 141; 2) *descendit* ex itinere c. علي Ios. 10, 5. 34 (pr. חָנָה), c. ب Koseg. Chrest. p. 57. Edrisi 7, 1. p. 318. ed. Rom. IV *pustulis intumuit* facies. VII *demisit se*, *descendit*.

حَطَب F. i. *cecidit* ligna c. a., *lignatus fuit*, et *apportavit ligna* alicui c. a. p. (Hebr. aram. aeth. id. Proprie autem illud esse *caedere*, arguitur vicinis radd. חָצַב, قطب, קָצַב al., ad quas vel כָּתַב كتب refero, ut primitus fuerit incidere, sculpere, dein scribere, ut γράφειν.)

حَطَب *lignum*, materia foci.

حَقّ F. u. et i. 1) *fuit* aliquid *sic ut esse debuit*; 2) *necessarius*, *verus fuit*. II *sic fecit ut esse debuit*; *necessariam effecit* rem, *probavit* eam. IV id., et *dignum censuit* (i. e. verum et idoneum iudicavit, cui aliquid contingeret). V *verus fuit* nuntius, it. homo, *certo scivit*. X *dignus fuit* re, *meritus fuit* c. a. r.; *necessarium iudicavit* c. a. (Hisce facile adiunges, quaecunque in arabismo significationes in usu sunt; altius autem rem indagaturo regrediendum tibi est ad antiquiorem Hebraeorum usum, quode vid. Gesen. lex.)

حَقَر 1) F. i. *contempsit* c. a.; 2) ut حَقِر et حَقُر *contemptus*, *vilis*

fuit. VIII *contemptsit, contemptibilem censuit.* (Aeth. ሐቀረ: contempsit. Primitus fort. fuit fodere, ut نقر effodit, fodicavit ... is, calumniis, sic syr. ܢܩܪ calumniatus est. A fodiendo est sign. scrutandi in hebr. חָקַר ut in نقر II et V.)

حَقِيرٌ i. q. نَقِيرٌ *contemptus, vilis.*

F. u. 1) *sapiens, doctus fuit;* 2) *iudicium tulit, diiudicavit;* 3) *potestatem et imperium exercuit.*

حَكِيمٌ pl. حُكَمَاءُ *sapiens, doctus, sciens.*

حِكْمَةٌ *sapientia.*

حَ 1) F. u. *solvit, dissolvit;* 2) F. i. et u. *diversatus fuit,* in itinere *substitit* (uti καταλύειν et aram. שְׁרָא, ܫܪܐ. Dissolutionis autem sign. ducenda ab fissione et perforatione, quae est in hebr. חָלַל et in خَلَّ coni. I. et V. cf. إِخْلِيلٌ foramen, al.).

حُلَّةٌ pl. حُلَلٌ *vestis, pallium.* Pl. *arma,* Kam.; et *supellex* (مَتَاعُ الرَّجُلِ Kam.), spec. *lebes* vel *olla.* Bocthor dict. I, 149: Chaudière حلة pl. حلل, et II, 41: Marmite حلة pl. حلل, pr., ut videtur, de peregrinantium vasis (cf. ܡܐܢܐ vestimenta, arma, vasa, τὰ σκεύη, aeth. ንዋይ:). Vid. fab. 5. annot. 6.

حَلَفَ F. i. *iuravit.* III *sanxit foedus* cum aliquo c. a. p.

حِلْفٌ *foedus mutuo sancitum.*

حَلَا F. يَحْلُو, it. حُلْوٌ et حَلِيَ *dulcis, gratus fuit.* (syr. ܚܠܐ id. cf. h. חָלָה blandiri.)

حُلْوٌ fem. حُلْوَةٌ *dulcis, blandus.*

حَلْيٌ *mundus muliebris.*

حلى V *mundo se ornavit* c. ب r.

حَمَّ 1) *calida fuit* aqua (hebr. חַם, aram. ܚܡܡ id. cf. حَمِيَ ferbuit), et trans. F. u. *calefecit* aquam, olibanum c. a.; 2) *instigavit,* ut iumentum (cf. hebr. הָמַם); 3) *sollicitum tenuit, cura affecit* aliquem res (cf. aeth. ሐመ aegritudine affectus fuit, et هَمَّ infra). X *lavit se* spec. aquâ calidâ.

حَمَامٌ coll., nom. unit. حَمَامَةٌ *columba* (a حَمَّ libidine incaluit).

حُمَّةٌ i. q. حُمَةٌ q. v. sub حَمِيَ.

حَمَلَ F. i. 1) *portavit* c. a.; 2) *gestavit in utero foetum, praegnans*

fuit; 3) trans. *imposuit* onus iumento c. a. oneris et على ium. fab. 19. II *oneravit*. (Syr. ܛܥܢ comportavit. Hebraeum autem חָמַל videtur esse: tulit aliquem patienter, toleravit, ut ipsum arab. coni. I. et VIII.)

حَمْل nom. act. *portatio*.

حَامِل *portans*; et de femina: *gestans foetum in utero*, *praegnans*, etiam حَامِلَة.

حَمَال *pretium quo expiatur caedes*. Kam. it. plur. a حَمْل *fructus*.

حِمَّال nom. act. coni. II. Kam.

حَمِي F. a. *ferbuit* ignis, sol, al. (Cf. حَمّ.)

حُمَة (et حُمَّة q. v. s. حم) pl. حُمَات 1) *venenum* scorpionis, al. (hebr. חֵמָה, syr. ܚܡܬܐ id.); 2) *aculeus* scorpionis, crabronis, serpentis, aliorumve animalium (Kam. p. 1867, Harir. p. 123. 559), ut apis fab. 24.

حا F. يَحُوزُ *congessit et contraxit ad se*, *tenuit*. (pr. inclusit, cf. syr. ܚܙ compressit, ܚܘܙ cinxit, حاط).

